



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

1. Executor adigere potest hæredem ad hæreditatis aditionem. In alteram partem, vide nu. 3.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

agat contra debitores, hæreditario nomine legatorum soluendorum.

14. Executor agere potest contra debitores hæreditarios. hærede id refugiente.
15. Executor an possit constituere procuratorē. disting. nu. 16.
17. Executor quas actiones intentabit: quando, quove nomine. & nu. 19.
18. Executori quando detur conditio ex lege.
20. Pauperū nomine agēs, non cogitur satisdare.
21. Debitores executori soluentes, an liberentur.
22. Executor habens vtilis actiones, an præferatur hæredi vel legatario habenti, directas.
23. Executors tenentur eos defendere, quorum nomine agunt.
24. Executor an legatarios & hæredes in bonorum possessionem mittere debeat. Et quid de fidei commissario vniuersali.
25. Hæres non debet capere de manu hæredis nisi fuerit institutus in re certa: quia tunc loco legatarij habetur.
26. Hæres an & quando teneatur de euictione.
27. Executor an vendere vel permutare rem poterit, non legatam, inuito hærede. disting. num. 28. & 29. 30.
31. Executorem non potest impedire hæres, quin impleat voluntatem defuncti.
32. Executors si quid vendiderint, permutarint ve, quæ & quod debeant interuenire. ibid. & nu. 33. 34. 35. & 36.
37. Executor si opposuit pactum in venditione rerum hæreditariarū, quod emptor retrouendat pupillis, emptor non poterit postea reuendere in præiudicium pupillorum.

*§. Consultis autem collegis, executor agere
debet*

F 3

debet

debet quod multipliciter debet intelligi.

Primò, quod aget cōtra heredem, vt adeat.

Secundò, vt adita hereditate ipse heres soluat.

Tertiò, vt contra hereditarios debitores heres agat.

Quartò, vt nolente ipso herede agere, ipse commissarius agat contra ipsos debitores.

Et quintò, vt procuratorem sui loco constituat.

Et sextò, quibus actionibus. De quibus per ordinem videndum est, Et primò quidem.

In prima questione videtur dicendum, quòd executor cogere possit heredem ad adeundam hereditatem. † Primò, quia non valent in testamento disposita, velut tutela & executio, nisi hereditas sit adita: vt l. si nemo. ff. de testa. tutela. Et eodem modo nō valent disposita, si hereditas ab intestato non adeatur l. 2. ff. de fideicom. liber. l. si. in princip. ff. de manu. testamen. l. qui filio. §. 1. & ibi not. ff. de heredi. instituendis. insti. de eo. cui libe. causa bona adi. §. 1. l. quod purè in fin. ff. quando di. leg. cedat. Item quia recusatio hereditatis adeunda fieri videtur

videtur in fraudem legatariorum: vt dicit
 decret. Ioannem Frangepanem. de test. & ideo
 sicut heres cogitur ad instantiam fideicommissarij:
 vt l. ille à quo §. tempestiuum l. nam
 quod & l. non omnis. & l. cogi. §. generaliter.
 & l. quia poterat. ff. ad Treb. c. Ray. extra de
 testa. sic poterit † cogi à commissario agente
 2 nomine legatariorum fraudatorum: vt lege
 prima & 3. C. si quis omissa causa testamenti
 & lege prima in principio & §. fin. & .l.
 licet. ff. eodem titul. & istam partem vi-
 detur sequi Spe. in. §. nunc verò aliqua. ver.
 quid si heres scriptus, & hoc casu heres scrip-
 tus, qui repudiavit etiam beneficio legis vel re-
 stitu. in integrum, poterit adire, maxime rebus
 in statu suo manentibus: vt. C. de iur. & fac.
 ign. l. 2. & 3. C. de repu. here. l. si. ff. de mino.
 l. quod si minor. §. Scauola. et ff. de his, que in
 frau. cred. l. qui aut §. si seruū. & §. pen. & l.
 ait §. si quidē eo. ti. secūdu unā opi. In † cōtrariū
 3 uerò, quod cogi nō possit, facit. l. nec cui C. de iu-
 re deli. l. 3. §. inuito ff. de bō. pos. l. 1. §. deniq. ff.
 de aq. plu. ar. l. fluminū. ff. de dā infe. C. de im-
 pub. et alijs subst. l. 3. C. si quis omis. cau. test. l.